Quelle:
Copyright:

Anonymi brevis tract. Chymicus.

7. fol. 33. – 37.

Tractatus brevis Chymicus Anonymi absque omni titulo, incipit: "Qui veritatem vult consequi". Finitur: "Et nativitate hominis constat".

Ortulani parisiensis practica; i. e. Joan. de Garlandia libellus de preparatione Elixirii.

8. fol. 37. – 41.

Ortulani Parisiensis practica. Titulus est: "Ortulanus parisiensis ponit sub anno Domini "1338. practicam quam Johannes Dambely /: vel "danibely:/ posuit Anglicum De libris prefati "magistri ad peticionem Domini Cirionis /: Cirio. "nis/ De Falkenstein Cp.ⁿ Treⁿ. Initium est: "Item quatuor sunt species ad Elixir pertinen. "tes". Videtur esse hac practica incompleta, finitur enim: "id est spiritualis, turba". Sub nomine Ortulani /alii: Hortulani et Ortolani/ latet Joannes de Garlandia, Anglus, gramaticus et Poeta clarus circa A. 1040. Sed diversus ab isto videtur Joannes de Garlandia Medicus, auctor compendii Alchymiæ /: quod idem est ac libellus Ortolani:/ Libri de Mineralibus, et de preparatione Elixir, quem libellum noster exhibet Codex. Oudinus quidem utrumque eundem fecit, T. 2. p. 609. seq. cujus in partes transit Dom. Mansi in Fabr. Bibl. med. et inf. lat. Tom. 3. p. 19. Sed diversos esse, Ms. noster satis ostendit. Ille enim Gramaticus floruit an. 1040. Medicus noster circa A. 1338.; ille natione Anglus, hic Parisiensis. vid. Merkein. Linden. renov. p. 838.